

T H E S I S I.

SAtis scitè dictum est & accommodatè, N O S C E T E I P S U M .
Ut autem hoc observatu dignissimum verbum eò mclius
contemplemur & consideremus, putavimus tenipus sine fru-
etu non abiturum, si hominem ejusque naturam diligenter
inspiciamus. Ab ejus igitur definitione initium faciemus.

2 *Homo est animal rationale.*

Homo secundùm communem & receptam sententiam dicitur ab
humo, ab altera sui parte, videlicet corpore, quod ex humo est factum: vel
(ut Scalig. placet) ab $\mu\omega\sigma$ simul, eò quod homo animal sit πολιτεύων, de-
lecteturq; conversatione cum aliis. Notandum est autem, quum dicitur
animal, intelligi communem naturam, videl. substantiam corpoream vitâ
& sensu præditam.

3 *In homine considerantur principia & affectiones.*

4 *Principia sunt corpus organicum humanum, & anima.*

5 *Corpus humanum est corpus organicum, per quod anima vires ad functiones
sibi proprias commodè exercere potest.*

6 *Partes corporis humani sunt vel continentes, vel contentæ.*

7 *Continentes sunt, quæ propter soliditatem continent contentas. Dicuntur
ab aliis solidæ.*

8 *Continentes dividuntur in similares & dissimilares; seu, quod idem est, in
homogeneas & heterogeneas.*

9 *Partes similares, sunt partes simplices, quarum substantia prorsus est eadem,
nec ex diversa specie particulis constat. Ideoque eandem cum toto naturam
habent & appellationem.*

10 *Suntq; vel spermaticæ, vel sanguineæ.*

11 *Spermaticæ sunt, quæ immediatè generantur ex semine, resecta vel quoconq;
modo amissa nunquam renascuntur: ut, os, cartilago, ligamentum, membrana,
arteriæ, venæ, nervi, fibræ, &c. Videantur Anatomici.*

12 *Sanguineæ sunt, quæ ex sanguine coagulantur, & si rumpantur, renasci-
quent: ut, adeps, caro.*

13 Disimilares sunt partes, ex similaribus composita.

14 Disimilares partes sunt vel exteriōres, vel interiores.

15 Extériōres sunt, quae absq; sectione videri queunt.

16 Suntq; vel principales, vel minus principales.

17 Principales, à quibus reliqua oriuntur: ut, caput, truncus & artus.

18 Caput est pars dissimilariū exterior, in summo loco posita, cerebrum, sensuumq; organa continens & muniens. Partes ejus duæ sunt: cranium & facies. Cranium est os densum, caput universum, & maximè cerebrum muniens & continens. Facies est pars capitis cranio subjecta, usque ad mentem exorrecta, comprehendens sub se frontem, oculos, aures, nasum, genas, os & oris partes; ut sunt dentes, gingiva, lingua, palatum, fauces & mentum.

19 Truncus est pars proxima post caput, collo constans & thorace. Collum inter caput & thoracem est positum, per quod transeunt guttūr & gula. Anterior ejus pars vocatur jugulus: posterior cervix. Thorax comprehendit costis. Bauh. de corpore. Sumitur autem hoc vocabulum vel strictiūs, vel latiūs. Strictiūs pro ea parte, quae est infra collum & supra diaphragma, & continet cor & pulmonem. Latiūs, ut hoc in loco, pro tota illa parte, quae est à collo ad ossa coxendicis. Thoracis partes sunt vel anteriores, ut pectus & venter: vel posteriores, ut dorsum & podex.

20 Artus sunt membra ex corpore explantata, & in brachia & pedes dividuntur. Brachia sunt totum illud, quod est à scapula ad digitorum apices, & distribuitur in lacertum, cubitum & manum. Pes est pars corporis, quae à natibus est usque ad plantam, & constat femore, tibia, & pede parvo. Bauh. de corpore.

21 Hucusque brevissimè de partibus dissimilariū exterioribus actum est: sequuntur jam partes interiores, quae absq; sectione videri nequeunt.

22 Suntq; vel in supremo ventre, vel in medio, vel in infimo.

23 In supremo ventre est cerebrum, quod est substantia alba, mollis & medullaris, dupliciti meningē contingit. Græcè vocatur ἐγκέφαλος, estque officina sensuum interiorum, lucisque divinæ, quantum in homine, domicilium. Matth. Dress. libr. i. de corpore. Cerebri meninx est tum pia, tum dura mater. Pia mater est tenuis membrana interior, cingens cerebrum immediate tanquam involucrum. Dura, dicitur mem-

membrana supra piam; durior, cranio alligata. Cerebro adhæret cerebellum sub occipite, per quod cerebri substantia derivatur in spinam dorsi.

24 In medio ventre sunt cor & pulmo. Medius venter involvitur membranæ, quæ dicitur pleura.

25 Cor est pars principalis ventris medii, dura, spissa & bene compacta, figuram pyramidis utcunq; imitans, sub sanguine sita, ut sit fons vita & spirituum vitalium. Cor Græcis dicitur καρδία. Στέγη denotat hinc medianam partem pectoris, sub qua cor est situm. Cordi duo sunt sinus, dexter & sinister. Dexter pulmonibus per venam arterialeum communicat sanguinem. Ex sinistro oritur aorta, omnium arteriarum truncus. Postremo nec hoc omitendum, quod περιπλάσιον est involucrum seu membrana, cor tanquam arca cooperiens. Vulgo appellatur capsula cordis.

26 Pulmo est pars rara, levis, spongiosa, coagulatiq; sanguinis summa instar, respirationi & voci inserviens. Græcè πνεύμων. Distinguuntur pulmo duas in partes, interventu mediaстini, cuius beneficio anterior sternο, posterior vertebris quasi connectuntur, & suspensæ tenentur. Bauh. de corpore.

27 In infimo ventre sunt partes, quæ inserviunt vel nutritioni, vel generationi. Infimus venter involvitur membranæ, quæ dicitur peritoneum.

28 Nutritioni designatae partes, inserviunt vel concoctioni prime, vel secunda.

29 Concoctioni prima inserviunt oesophagus, ventriculus & intestina.

30 Oesophagus est canalis, vehens cibum ab ore in ventriculum. Alio nomine Gula dicitur. Germanicè die proviantröhr/oder der schlundt.

31 Ventriculus gula adhæret, substantia est membranæ, figura oblongæ; sub diaphragmate inter jecur & lienem medium ferè locum occupat, ut sit organum χυλώσεως. Græcè γαστὴ sive κοιλία. Duo habet orificia seu ostia, superius & inferius. Superius cibum & potum accipit. Inferius mittit chylum & superfluitates ad intestina, quæ partim optimam chyli partem per venas mesaraicas ad epar mittunt, partim inutilem per alvum dejiciunt. Græcis hoc inferius orificium πύλωρος, nobis janitor nuncupatur. Fuchs. lib. I. inst. Med. cap. 12.

32 Intestina sunt partes oblonga, rotunda, concava, pyloro ventriculi annexa. Græcis dicuntur εἰντεστία. Sunt autem alia intestina gracilia, alia crassa. Gracilia, quæ sunt tunica tenuiore: ut 1. duodenum. 2. jejunum. 3. ileum. Crassa intestina sunt densiore tunica. Numerantur itidem tria: 1. cæcum. 2. colum. 3. rectum. Matth. Dress. ut & clariss. præses in disp. Sigenæ habitâ de anima & corpore.

33 Secunda concoctioni inserviunt epar, vesica fætis, splen, renes & vesica urinaria.

34 Epar est pars carnosa, instar coagulatis sanguinis rubescens, proximè sub dia phragmate sita in dextro hypochondrio. Græcis ἡπα, Latinis jecur vocatur.

35 Vesica fætis est pars membranæ, unicam & simplicem habens tunicam, folliculus in medio epate, pyro longiusculo similis, qui bilem flavam seu fel excipit. Græcè κύστις χοληδόχος, Germanicè die blaſe darinn die gall ist.

36 Splen est pars carnosa, lutoſi & ſeculentis sanguinis in fecore conſecti receptaculum, ſitumq; in ſinistro hypochondrio. Σπλήν Græcè, Germanicè das milch.

37 Renes sunt viscera ſubſtantia carnoſa & ſolida, in tergo ſuper lumbos & vertebras collocata, ad recipiendum ex epate per venas emulgentes ſero ſum ſive aqueum humorem, eumq; per ureteres ad vesicam urinariam expellendum, unde excrentur, & dicuntur urina. Renes Græcè ρέφροι: ſuntque duo: dexter, qui ſub epate; & sinister, qui ſub ſplene ſitus eſt.

38 Vesica urinaria, eſt pars membranosa, rotunda, urinam in ſe recipiens, cuius fundus eſt amplior, orificium angustius: ſita eſt in hypogastrio, & colligit ac retinet urinam, donec neceſſitatis tempore expellatur. Germanicè die harri blaſe & ſimpliciter die blaſe.

39 Partes generationi inservientes, ſunt vel utrig; ſexui communes, vel peculiares.

40 Communes ſunt vasa ſeminaria, ſemini conficiendo destinata.

41 Vasa ſeminaria ſunt vel preparantia, vel perficientia.

42 Præparantia ſunt, qua ſeminis præparant materiam, ut vena & arteria.

43 Perficientia ſunt testes, qui ſemen præparatum excoquunt & perficiunt.

44 Partes unius ſexui peculiares ſunt virga & uterus. Virga in viro, uterus in fœmina eſt. Legantur anatomici.

45 Atq; hactenus habuimus præcipuas partes continentis; contenta ſunt, qua & continentibus continentur.

46 Suntq; humores, vel ſpiritus.

47 *Humor est corpus liquidum & fluidum, vite conservanda destinatum. Vocatur humor vitalis ad differentiam humoris naturalis.*

48 *Humor est vel innatus, vel adventitus. Ille à semine & sanguine menstruo oritur, unde radicalis nominatur: hic verò ex meliori alimenti parte proficitur, & reficit humorē innatum: ut chylus & ex chylo ortus, putà sanguis, bilis flava, pituita, bilis atra, ros & gluten. Eodem etiam paclō dividitur spiritus, qui est habitat calidus & humidus, ex optima humoris parte genitus, ut sit fundamentum vite.*

49 *Hactenus breviter de hominis corpore, principio materiali; sequitur nunc etiam de anima hominis, principio formalī. Anima enim corporis animati forma est.*

50 *Anima hominis consideratur vel communiter, vel propriè.*

51 *Communiter considerata est, per quam homo est animal.*

52 *Est ē, vel vegetativa, vel sensitiva.*

53 *Vegetativa est, quā homo habet vitam, & qua à vita dependent. A Medicis nominatur Græcè φυτική, ab Aristotele ζεπτική, à Platone φυτική. Stirpes ut & animalia dicuntur secundūm eam vivere.*

54 *Vita est duratio corporis animati, usq; ad terminum, quo esse desinit. Vita alia est hyperphysica, alia physica. Hic intelligitur vita, quæ est substantiæ corporeæ animatæ, cuiusmodi sunt planta & animal. Timpli in empsych. lib. i. cap. 2. probl. 1. Certum vita denotat tempus, cùm est duratio a termino à quo, ad terminum ad quem, quo nimirum esse desinit. Quare recte in certas dividitur partes, quæ appellantur ætates.*

55 *Ætas est periodus, constitutione corporis mutata, vitam hominis distinguens. Variae quidem hominis ætatum sunt distinctiones, & de earum temperamentis controvertitur. Eas autem certis annorum numeris constanter describi posse, inficiatur Valles. lib. i. cap. 8. hoc argumento: quia alii aliis maturius consenescunt, & ex ephebis excedunt. Ætas est vel crescens, vel consistens, vel decrescens. Crescens ætas est vel calidior, ut pueritia & pubertas; vel frigidior, ut juventus. Consistens est ætas, quæ inter juventutē senectutemque constituta est. Decrescens, ut senectus. Casm. in psych. c. 3. quæst. 2.*

56 *Vita interitus dicitur mors. Mors est interitus substantialis corporis animati. Mori nihil est aliud, quām perire seu corrumpi secundūm substantiam. Inter bruti & hominis mortem hoc est discriminis: quod bruti anima, quemadmodum & sensuum nostrorum vigor, perit omnino in morte:*

nostra autem anima superstes est & manet. Johan.Ludov.Viv.lib.2.de anima.

57 *Mors est vel naturalis, vel violenta.*

58 *Mors naturalis est, cum calidum vitale justo temporis spatio, per $\mu\acute{e}gavos$ seipsum conficit.* Naturale quinque modis dicitur: 1. opponitur artificiali. 2. adventitio. 3. est rei necessarium, cui naturale dicitur. 4. est id, quod cuiquam congruit ut sit, vel ut conservetur. 5. est id, quod necessario rei naturam sequitur, cuius est, ita, ut in ea existentia sua principium habeat. Casm.in psych.cap.3.quæst.5. Et in hac ultima significazione mors naturalis appellari potest. Per calidum vitale intelligitur non solum calor, verum etiam spiritus vitalis, cui calor ejusmodi inest, sive illi sit innatus, sive adventitius nimirum ex alimentis ortus. Timpl.in Empsych.lib.1.cap.1. probl.6. Videmus in senibus, quod faciliter de causa, & sine magna molestia vel dolore moriantur, & uti ignis paulatim, deficiente materia, extinguantur. Vit.Amerb.lib.3.de anima.

59 *Violenta mors est, quum calidum vitale ante justum tempus vi quadam extinguitur & corruptitur.* Mortis violentæ causæ duplice distinguuntur genere: est enim aut $\sigma\acute{e}\sigma$ is, aut $\mu\acute{e}gavos$. $\Sigma\acute{e}\sigma$ is: est violenta extrinsecusq; irruens caloris nativi, in quo vita consifit, extinctio. $\mu\acute{e}gavos$: est ejusdem caloris marcor & consumtio sive tabes quadam, itidē ab extrinsecā causā & violentā proveniens; ut quando humor absunitur propter nimium calorem. Seidelius in comment.de corpore & anima. In vocula $\mu\acute{e}gavos$ latet $\delta\mu\acute{o}\nu\nu\mu\acute{\iota}\alpha$, siquidem etiā caloris defectus ac languor, qui ex senectute contingit homini, $\mu\acute{e}gavos$ vocatur. Timpl.lib.1.c.2. probl.15. Empsych. & Joh.Lud.Vives de anima lib.2.

60 *Hac de vita; sequitur affectio à vita pendens, quae est vel qualitas, vel motus vitalis.*

61 *Qualitas vitalis consideratur in facultatibus vitalibus & sanitate, cui opponitur morbus.* Quoniam facultates vitales magis per vitales motus innescunt, & de sanitatis conservatione, morbiq; depulsione Medicus solitus est, brevitat h̄c studemus.

62 *Motus vitalis, est actus secundus corporis animati, quo eduntur actiones vita convenientes.*

63 *Estq; vel principalis, vel administer.*

64 *Principalis alterius ministerio perficitur, ut nutritio, accretio & procreatio.*

65 Nu-

65 *Nutritio est instauratio ejus, quod in corpore animato à calido vitali est absuntum.* Nutritionis causa efficiens est calor nativus: materia nutrimentum, quod ut proportionale sit corpori nutriendo, æquum est. Ad nutritionem autem omnino requiruntur hæc quatuor: 1. πέψις. 2. ωφέλεια. 3. περιστοσία. & 4. οὐσίωσις. Seidel in comment. de anima & corpore.

66 *Accretio est corporis animati incrementum.* Accretio sumitur vel propriè, vel impropriè. Impropriè per synecd. speciei pro augmentatione, & ita competit etiam corporibus inanimatis. Propriè & perfectè sola animata aluntur & augmentur, & ita oritur accretio à copiosa nutritione, quâ plus, quam absumtum, ad corpus accedit alimenti. Timpl.lib.1.c.5.probl.1. Empsych. & Casin.cap.11.quæst.2. Psycholo. Finis est perfecta operatio, & ad procreationem aptitudo. Quemadmodum verò nutritio per totum vitę tempus, ita accretio durat ad æternum, circiter annum ætatis vicesimumquintum ut plurimum. Quod postea majus in nonnullis fit corpus, non augmentatio, sed pinguefactio dicenda est. Matth. Dresf.lib.2.de anima.

67 *Procreatio est, quando corpus animatum aliud simile ex se generat.* Hæc fit mediante semine efficaci, quod ex optima alimenri digesti portione, vi caloris, gignitur. Quod si in organis seminéve prava est dispositio, sterilitas inde sequitur & infœcunditas. Timpl.libr.1.cap.6.problem.4. Empsych.

68 *Administer motus est, qui inservit principali: ut, 1. attractio, quâ alimento allicitur. 2. retentio, quâ alimentum coquendi gratia retinetur: 3. alteratio, quâ, ut fiat nutritioni conveniens alimentum, alteratur: 4. expulsio, quâ alteratum alimentum partim distribuitur, partim verò superflua excrementa ejiciuntur.*

69 *Hucusq; de anima vegetativa; agemus nunc de anima sensitiva, per quam homo habet sensum, & qua à sensu dependent, ut est motus animalis.* Anima sensitiva non est forma specifica bestiæ, sed est forma specifica generis, videlicet animalis, quod & genus hominis & bestiæ. Timpl.lib.4.cap.1.problem.4. Empsych.

70 *Sensus est vis animalis facultatis, sensilia percipiens.* Vocabula *sensus* accipitur dupliciter. Interdum denotat actum sentiendi, ut hoc in loco, & idem est, quod sensio vel sensatio, Græcis dicitur αἴσθησις. Interdum ponitur pro διώδημε. Timpl.lib.2.cap.8.probl.1.Empsych. Causa efficiens proxima est apprehensio & dijudicatio speciei sensilis in sensorio receptæ.

Objectum ejus est $\pi\alpha\delta\eta\tau\tau$, quod apprehenditur vel per se, ut Ens, vel per accidens, ut non-ens, sub ratione tamen Entis.

71 *Sensus est exterior, vel interior.*

72 *Exterior est, qui externa objecta per externum quoddam corporis instrumentum percipit.* Suntque quinque: 1. *V I S U S*, quo homo objectum visibile, per medium $\delta\alpha\varphi\omega\tau\epsilon$ illuminatum, oculis percipit. 2. *A U D I T U S*, quo homo objectum audibile, per mediū $\delta\iota\chi\epsilon$ auribus percipit. 3. *O L F A C T U S*, quo homo objectum olfactile, per medium $\delta\iota\sigma\mu\omega\tau$ naso percipit. 4. *G U S T A T U S*, quo homo objectum gustabile, per medium $\delta\iota\chi\mu\omega\tau$, linguā percipit. 5. *T A C T U S*, quo homo objectum tactile, per medium $\delta\alpha\varphi\epsilon\tau$ quavis corporis parte carnosā & nervosā percipit. *Timpl. cap. 8. lib. 2. Empsych.*

73 *Sic fuit sensus exterior, cui due adhaerent affectiones: vigilia & somnus.*

74 *Vigilia est exteriorum sensuum actio: somnus vero eorundem cessatio & vacatio.* Hæc affectiones congruant exteriori sensui diverso tempore. *Gocl. in suo concil. philos. thes. 21. de somni natura. Timpl. lib. 2. cap. 15. probl. 1. Emps. Causa efficiens somni est calor: materialis vapor: formalis ipsa exteriorum sensuum quies: finalis est primò defatigatorum membrorum rigatio, cerebri cordisque recreatio, deinde ut actio ventriculi & epatis in concoctione cibi sit validior, revocato scil. intrò calore & spiritib. Matth. Dresl. lib. 2. de anima. Somno somnium adjungitur, quod fit in interiore sensu, qui dicitur Phantasia.*

75 *Sequuntur jam sensus interiores, qui sensilia intra cerebrum percipiunt & cognoscunt.*

76 *Sensus interior est duplex: Sensus communis, & Phantasia.*

77 *Sensus communis est sensus interior, quo homo per anteriore cerebri partem, exteriorum sensuum actiones percipit, perceptasq; ab illis imagines, per nervos apprehendit & dijudicat.* Ab Aristotele vocatur $\nu\gamma\sigma\tau\sigma$. Communis sensus ideo appellatur, quia communis judex est & estimator sensuum omnium. Judicat enim & statuit, quod percipientrum tum à suis sensibus propria sensilia, tum à pluribus communia: adhæc discernit quoq; inter sensibilia diversorum sensuum, propria & communia. *Vit. Amerb. lib. 2. de anima.*

78 *Phantasia est alter sensus interior, rerum imagines à sensu communi oblatas, diutius retinens, & diligentius perpendens in media cerebri parte.* Latinis dicitur imaginatio; differtque phantasia à sensu communi in hoc, quod ille non sentiat, nisi presentibus iisdem objectis, quæ movent externos sensus.

Seidel.

Séidel. in comment. de anima & corpore. Hæc verò absentibus etiam, species intuetur & contemplatur. Probè hic tenendum est, memoriam non esse sensum, sed veluti thecam, quâ phantasticæ reservantur species, ut quotiescumq; iis opus est, inde depromantur.

79 *Sensu individui comites additi sunt voluptas & dolor: quarum illa oritur ex sensu rei jucunda & grata secundum hominis naturam: hec præter naturam hominis ex sensu rei molestæ & ingratæ.* Sunt qui volunt, voluptatem & dolorem esse motus: sunt quoque qui affirmant, esse qualitates, quorum sententia magis veritati consentanea est. Timpl.lib.2.cap.9.probl.1.Emp psych.

80 *Et hæc de sensu, quem sequitur motus, videlicet appetitus sensitivus, cui opponitur aversatio.*

81 *Appetitus sensitivus est, quo homo appetit bonum sensu cognitum, cuiusmodi est alimentarius, ut famæ & sitis: vel venereus, quo homo sibi simile procreare appetit.* Videantur cap.3.lib.2.Empf. Timpl.& lib.4.epit. Physices clariss. præsidis privatum prælectæ. Appetitum & aversationem sequitur affectus, qui est πάθος maximè in hominis corde, ex quo sequitur progressio seu locomotio. Inter motus animales referuntur etiam respiratio & pulsatio.

82 *Sic fuit anima hominis communiter considerata, quæ homini competit, non quatenus homo est, sed quatenus est animal: sequitur, quæ in homine propriè consideratur, dicitur q̄ anima rationalis.*

83 *Anima rationalis, est spiritus intelligens, à Deo in corpore humano ex nihilo conditus, corporiq; substantialiter unitus, ut cum eo totam hominis essentiam constituat.* Anima rationalis forma est hominis specifica, siquidem per eam homo est homo. Etenim corpori organico addita, unà cum eo hominis essentiam absolvit & perficit. Timpl.lib.3.cap.1.probl.33.Empf. Dicitur anima ideo spiritus, quia est substancialiter incorporeæ & invisibilis; deinde quia vitæ est spiraculum à Deo inspiratum, qui cùm sit incorporeus, talem etiam spiritum in corpus Adami, ex limo factum, transfundit, Genes.2.7. Esa.57.16. Zach.12.1. Luc.12.20. & cap.23.46. Ad hanc etiam sententiam accesserunt Philosophi, ut legere est apud Cic.lib.1.Tusc.quæst. ubi animæ immortalitas probatur inde, quia in anima nihil est admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex &c. Quod anima spiritus sit intelligens, ex hoc apparet, quia cùm homo vere sit intelligens, ergo & anima intellectiva forma ejus essentialis: deinde, quia anima rationalis est forma dans esse homini. Bened. Perer.lib.6.

capp. 21. & 23. Phys. Creatur autem anima à Deo ex nihilo, & quidem in illo punc̄to generationis, quando jam materia ita est disposita, ut ad recipiendam formam apta sit & idonea. Timpl. lib. 3. cap. 1. probl. 30. Emps. Vit. Amerb. lib. 3. de anima. Animam cum corpore substantialiter uniri, in confessio est. Etenim anima spiritus est, non ut angelus, qui complectus est spiritus, utpote qui ab omni corporis societate est liber: verū incompletus, siquidē à Deo est conditus, ut corporis moli velut sit socius, imò princeps & rex, ut ita quedam corporea sit natura, à qua Deus agnoscit & celebrari queat. Hinc ergo notum est, post mortem animæ statum imperfectum esse, quia anima iterum corpori in resurrectione mortuorum coniungetur, & cum illo vivet. Nam non tantum anima, nec corpus tantum constituit hominem, verū hæc duo conjuncta. Sic igitur anima rationalis unitur cum corpore in unitatem substantiæ, mediante spiritu vitali tanquam unionis illius vinculo.

84. Ab anima rationali in homine sunt affectiones propriae: eaq̄ vel prime, vel ortae.

85. Affectiones hominis prima sunt intellectus & voluntas.

86. Intellectus est prima hominis affectio, quā homo cognoscit intelligibile. Est autem intelligibile duplex: per se, & per accidens. Intelligibile per se magis est intelligibile, quam quod per accidens seu per alienam speciem. Hinc magis intelligibile est aliquid, quam nihil, ens, quam privatio entis. Timpl. lib. 3. cap. 3. probl. 7. Empsych.

87. Hominis intellectus consideratur dupliciter: vel quoad intelligendi modum, vel quoad finem.

88. Quoad intelligendi modum, duplex est: agens & patiens. Non r̄at' ἀστιας distincti sunt hi intellectus, sed propter diversitatem officiorum.

89. Intellectus agens facit, ut omne potentia intelligibile, actu intelligatur: patiens verò species intelligibiles ab agente factas, recipit & intuetur. Græcis dicitur prior νοῦς ποιητικὸς: posterior παθητικὸς. Quamvis verò magnæ sint contentiones de intellectu agente & paciente, tamen si quis sequentia probè perpendat & consideret, discrimen non adeò erit difficile. Agentis intellectus operatio duplex est: prima consistit in χωρισμῷ, i.e. separatione, quā, quicquid est in phantasmatib. materialitatis, abstrahitur, ut ex phantasmatibus fieri possint νόηματα. altera in φωτισμῷ, i.e. illuminatione, quā intellectui patienti velut fax præfertur, quemadmodum illuminatione opus est in visione. Intellectus patientis est, species νόηματα in se recipere, quæ

quæ receptio à Philosophis appellatur passio. Agit etiam, cùm species receptas contemplatur, diligentiusq; perpendit; quod fit vel simplicia apprehendendo, vel componendo & dividendo, vel deniq; sive syllogisticae, sive methodicè discurrendo. De his præcepta Dialecticæ plenius monent.

90 Quoad finem, dividitur intellectus in theoreticum & practicum. Theoreticus intellectus dicitur, cùm objectum cognoscitur sine respectu ad operationem. Practicus, si cum tali. Quousque se theoreticus extendat, docent nos disciplinæ theoreticæ, ut METAPHYSICA, PHYSICA & MATHEMATICA: quousq; verò practicus, erudiunt nos disciplinæ practicæ, videlicet ETHICA, POLITICA & OECONOMICA.

91 Hæc de intellectu: nunc agamus etiam de voluntate.

92 Voluntas est, quâ homo objectum ab intellectu monstratum, liberè appetit vel aversatur. Sicut intellectus versatur in cognitione veri & boni: ita voluntas in appetitu boni, & aversatione mali, intellectu scil. cogniti. Voluntas enim nihil desiderat, neque affectat, nisi quod priùs ab intellectu fuit cognitum: IGNOTI enim NULLA CUPIDO. Scidel. in comment. de anima & corpore. Voluntatis essentiale adjunctum est libertas. Hoc tam verum est, ut si coactio propriè dicta voluntati tribuatur, ipsam voluntatis essentiam tolli, necesse sit. Sunt autem voluntatis actiones VELLERE ac NOLERE. Medium inter hæc est, actionem suspendere. Philipp. Melanch. in lib. de anima.

93 Actiones voluntatis sunt vel elicita, vel imperata.

94 Elicitæ sunt, quibus voluntas per se nec simulans, nec alius imperans, aliquid expedit: aut aversatur.

95 Imperatae actiones sunt, cùm voluntas aut sibiipsi, aut inferioribus viribus imperat. Imperat autem vel πολιτικῶς, ut affectibus; vel δεσμοποιῶς, ut exterioribus membris.

96 Et hæ sunt primæ hominis affectiones, intellectus scil. & voluntas: ortæ sunt, qua à primis oriuntur, sunt g̃ tres: loquela, risus ac flatus.

97 Loquela est, quâ homo rationis cogitata, voluntatisq; decreta, per voces articulatas aliud enuntiat & significat. Parat sæpe loquela amicitiam, sæpe etiam eam violat. Differentia inter loquelandam sive sermonem & linguam est hæc: Loquela sive sermo omnibus hominibus naturalis est; hæc verò vel illa lingua non, siquidem linguarum cognitio non secus ac aliarum rerum nullo alio modo naturaliter ab homine acquiri potest, quam per sensum, docendo & discendo. Tipl. lib. 3. cap. 8. probl. 4. Empsch.

98 R̄sus est, quo homo letitiam & delectationem, ex suavi & faceta re colle-
ctam, oris in transversum didu ctione ostendit. Risus soli competit homini, quia
ille est effectum animæ rationalis, ideoque nemini nisi animâ rationali
prædicto competit: Deinde quia inter animantes omnes, solus homo habet
vultum. Lud. Viv. lib. 2. de anima.

99 Fletus est, quo homo lachrymarum effusione tristitiam ex re incommodâ
conceptam, significat. Fletus solius hominis est, & cadit etiam in virum for-
tem & sapientem, sed moderatus. Atque hæ sunt affectiones hominis na-
turales, quæ quomodo gubernandæ sint & moderandæ, ut sint honestæ,
decoræ & gratæ, non ex Physica, sed ex Ethica est petendum. Sic enim ubi
desinit Physicus, ibi incipit Ethicus.

S O L I J E H O V A E G L O R I A .



P R. A.


Elegante

Sic



P R A E S E S A D D O M I N U M
R E S P O N D E N T E M.

D Elphorum templo (*res est memorabilis*) auro
Inscriptum puro γυῶθι σεαντὸν erat.
Parjetibus multi inscribunt, vix cordibus ulli,
Nec facilè sese noscere quisq; potest.
Alterius virtus facilis sententia fertur,
Propria qui posst cernere, nullus erit.
Nec satis est hominis structuram & munera mentis
Noscere, virtutis ni decus inde fluat.
Tu bene, DILESI, de corpore disseris, hujus
Concinno partes ordine dinumeras.
Et dotes animi, magni vestigia Jovae,
Narras, persona res ea dignata tua est.
Hac tu dum spectas, totum te noscere discis,
Se bene qui noscit, tuisor ille manet.
Ergo tui studii sit cura hac unica, possis
Ut sanā in sano corpore mente frui.




E T I G R A M M A

D. HERMANNI RAVENSPERGERI
I N.

*Elegantem & eruditam MICHAELIS DILESII auditoris
& domestici charissimi de HOMINE
disputationem.*

Sicut in Augusto de divite messe triumphant,
A quibus est felix antea facta seges:
Sic & in Augusto de divite messe triumphas,
A te nam felix antea facta seges.

Scilicet ingenii tibi consevisse beati,
Jam pridem ut licuit, sic libuit quoq; agrum.
Nunc exinde metis, nunc fructum colligis amplum,
Qui recreare potest teque tuumque patrem.
Præside Philosopho, quis Homo sit, disseris inde:
Et mox theologici, præside me hoc facies.
Sic satis ostendis, messem quod feceris amplam,
Idque quia est felix antea facta seges.




AD EXIMIUM INDOLOM JUVENEM, DN. MICHAELM DILESIUM S. PHILOSOPHIAE & SS. THEOLOGIAE
studiosum, amicum, commensalem, ac fratrem suum
charissimum.

Laudo tui studii curam, vigilemque laborem,
Quod quavis lustras doctorum scripta virorum.
Perge tuis studiis cura in vigilare perenni,
Sic tandem sacra doctrina culmen adeptus,
Præce Dei verbi es, paulo post credes futurus.

Non ut volui, sed ut potui, libenstamen
apposui GEORGII CLAPHOU-
ERUS Geldrus.

Anno, Non MihI, sed tibi servlo, Christe



AD DN. MICHAELM DILESIUM, AMICUM
SUUM DILECTUM DE HOMINE
disputantem.

Sunt duo queis homini Sapientia vera paratur,
Cognitioque Dei, cognitioque Sui:
Haec duo cum queras, MICHAEL, persuavis amice,
Non dubium est, tandem quin oportet esse queas.

Anno

ADSit ab atherlo stVDIIs beneDICTIo patre.

JOHANNES GEORGII Büdingensis.


F I R C I S.

P R A E S E S
R E S

D Elphoru
Insc
Parjetibus mu
Nec facile
Alterius vitiis
Propria qu
Nec satis est he
Noscere, ve
Tu bene, Dr
Concinni
Et dotes anim
Narras, per
Hac tu dum sp
Se bene qui
Ergo tui studi
Ut sanā in

Elegantem & erudit
& domestici

Sicut in Au
A quibu
Sic & in Augu
A te nam fe



the scale towards document